



8

7

10

11

11

12

12

12

13



12  
1730  
146  
DISSERTATIONE INAVGVRALI,

*Differentias iuris*

*Romani & Germanici*

IN

STVPRO,

SVB

MATRIMONII SPE,

PRAESIDE

IOANNE PETRO DE LVDEWIG,

POTENT. PORVSSIAE REGIS CONSILIARIO INTIMO ET IN  
REGIMINE HVIVS DVCATVS, FRIDERICIANAE CANCELLARIO,  
ORDINIS ICTORVM PRAESIDE,

DOMINO IN BENDORF, PRAEZ ET GATTERSTAETT,

AD DOCTORIS IN IVRISPRVDENTIA HONORES  
CAPESSENDOS,

RESPONDEBIT

IOANNES NITZSCHE,

HALENSIS.

---

H. L. Q. S.

DIE XXI. IVN. MDCCXXX.

---

HALAE SALICAE,

Litteris EMANVELIS SCHNEIDERI, Acad. Typogr.

RECUSA MDCCXLVIII.

DISSERTATION

27110

1772

MATRIMONIUM

JOHANNES PETERUS DE WITTE

AD DOCTOREM IN ARTIBUS DIVINI HONORIS

CAESARIS

JOHANNES WITTE

—————

1772

—————

JOHANNES WITTE Typogr.

RECTOR



*Differentiae iuris  
Romani & Germanici*

IN

STVPRO  
SVB MATRIMONII SPE.

PRAEFATIO.



St tritum & triste mul-  
toties iuris problema:  
*num stupratorem ducere  
oporteat praegnatam,  
sub matrimonii spe?* Af-

Num IVS VI-  
TIATAE matri-  
monio PRO-  
MISSO?

Rationes.

firmant hoc theologi; iureconfulti; di-  
uina humanaque iura. Contra alii il-  
lorum hoc negant idque uel parentum  
ergo uel in stupratoris gratiam. Vltimi a) negantium;  
arguunt ita: non posse obtrudi nulum  
parentibus, in sciis & inuitis; consen-  
sum horum esse omni lege necessari-  
um; qua ipsi autoritate nequeant ab  
immorigero filio destitui. Hinc satis

A

esse,

b) adfirman-  
tium.

esse, uitiatae ruptam solui corollam; dotari eandem, ut inueniat maritum atque partui alimenta dari, in legibus definita. Contra primi existimant: reparandum honorem uitiatae; partui abstergendam maculam; adflictis parentibus hoc solatium non esse negandum; filium stupratorem poenam ita sentire promeritam; quam parentes tulerint eodem animo, quam si genuerint homicidam, latronem.

Ius cerebro-  
sum.

§. 2. In his tantis legum, rationum et sententiarum discriminibus, quid faciendum aut fugiendum iudici aut iureconsulto? Imo graue est etiam legislatori ipsi, definitu: quid aequitas hic uelit quidue expediat reipublicae.

Aenigma sol-  
nant utrius-  
que iuris dif-  
ferentiae.

§. 3. Meo iudicio rem illaqueat difficultatibus iuris Romani & Germanici commixtio; mater illa foecundissima tot abortuum et monstrorum  
in

in iurisprudentia forensi. Sint igitur nobis iterum in delitiis nostrae vtriusque iuris differentiae; quo lumine perfundemus spinis undique confertum argumentum. DEVS adfit dicendis.

## DIFFERENTIA I.

Poena stupri

**I**ure Romano meretricii AMORES impunes fere & legum auctoritate & poetarum, lasciuiae magistrorum (1): contra STUPRI, pudicae ac honestae uirgini uel uiduae, uolenti licet, illati, poena fuerat dimidiae partis bonorum publicatio & ademptio (2); in homine, bonis destituto, coercitio corporis seu fustigatio, cum relegatione exilioque ex urbe (3). Vitiatae autem mulieri graue sat propudium & dedecus & partus cura (4). *Germanico iure* ueteri stupri poena alia nulla, quam multa, leuis sat (5); licet, quod etiam Romae euenit, in seruum stupratorem

I. R. SCORRATIO impunis.

STUPRATORIS poena grauis.

Non STUPRATAE.

I. G. STUPRVM multatum

a) aeris qui-  
nions.

b) matrimo-  
nio imperato.

Ultimum  
Lege  
a) imperiali.

b) provinciali  
Brandebur-  
gica.

c) diuina ma-  
xime.

torem statuta poena ignis & ferri. Etiam, nostri seculi uitio, omni fere inter scortationem & stuprum sublato discrimine, quod olim fuerat maximum, luit stupri poenam & uir & mulier aeris quinione aut aliquot dierum custodia (6). Consultitur autem mulieri uitiatae dote; partui alimentis; quod si stuprum, sub matrimonii spe illatum, haec explenda omnino, neglecto tunc sat infelicium parentum, qui talem genuere, consensu (7). Hoc iure utimur in Germanico imperio uniuersim atque in eius prouinciis plerisque sigillatim. Certe requirunt hoc IMPERIALES, quos dicimus, RECESSVS; & praeterea SAXONICAE & BRANDEBURGICAE LEGES. Neque aliter in hac prouincia & urbe, quam incolimus. Patrens est huius iuris diuinus legislator, MOSES (8): qui iubet mulierem, stupro macu-



maculatam, ET dotare ET ducere. Vt improbi interpretes sint: qui docuerint: sufficere alterutrum. Dummodo defloratæ pater non recuset, dare. Nam huic fuerat consulendum; non stupratori, infræno & infrunito alias.

Vt, alio iudicio, hanc eandem causam respondere nesciuerint uel theologi, in iisque LVTHERVS (9) uel IVRECONSULTI (10), luti melioris. Quibus Mosis auctoritas maior, quam Iustitiani, in dominante Latio (11). Praefertim cum etiam GRAECIA nobis faueat; Latialis iurisprudentiae mater (12).

d) *concentra*  
Theologorum.

Iureconsultor.

e) LL. Graecarum.

(1) Testantur hoc *leges*, etiam christianorum *Mercitricius* Caesarum. Qualis est *l. 22. § 29. C. ad L. Iul. de adult. et stupro*. Addita ratione faceta satis: *cum ab his foeminis pudicitiae ratio requiratur; quae iuris nexibus detinentur. Mercitricis autem immunes a iudiciaria seueritate & stupri & adulterii praestentur. Quas uitae uilitas dignas legum obseruatione non credidit.* Inde HORATII ciuile et paganum Latii consilium *lib. I. satyra 2. u. 47.*

amor in-  
punis.

*Tutior quanto merx est in classe secunda*

*Libertinarum dua . . .*

*Hoc amat, hoc laudat; matronam nullam ego tango.*

A 3

Nil

*Nil fuerit mi, inquit cum uxoribus, unquam;  
Verum est cum mimis; est cum meretricibus.*

**Similia PLAVTVS in curculione:**

**Pal.** *Ira tuum amorem conferto, si sapis,  
Ne id, quod amas, populus si sciat, tibi sit probro.  
Quod amas, amato, testibus praesentibus.*

**Phaed.** *Quin leno hic habitat.* **Pal.** *Nemo hic prohibet nec uetat.  
Quin quod palam est uenale, si argenum est, emas.  
Nemo ire quenquam publica prohibet uia;  
Dum te abstineas nupta; uidua; uirgine  
ama, quodlibet.*

**Iure igitur meritoque inuehitur in Latialia haec instituta  
& mores spurcissimos SALVIANVS lib. VIII. de gubern. Dei p.  
292. uerbis, quae sequuntur: Leges Romanae ita partem  
improbitalis remouent; ut partem obscenitatis admittant. Scor-  
tatores ab alienis uxoribus remouerunt; ad omnes autem ob-  
scenitates admiserunt. Adulteria vetantes; Lupanaria aedifi-  
cantes, cetera. Quid? quod formulae christianae  
nuntiis, nihil grauius, in paganis conuertendis; quam  
hoc: quod illi noluerint interdici ueneris licentioso usu  
cum meretricibus neque agnoscere eius delicti aliquam  
classe. Quapropter PAVLVS, gentium ille doctor, est  
totus in eo: ut suis commendet castimoniam; improbet  
omne genus lasciuiae; arceatque scorta & scortatores a  
communione hominum ac coetuum, fidelium Christo  
1 Corinth. V, 9. Nam STRABONE teste lib. VIII. p. 378. Veneris  
fanum Corinthi ita fuit locuples; ut plures, quam mille ha-  
buerit sacrorum famulas meretrices, quas uiri mulieresque de-  
dicarunt (\*). Qua causa Graecus somniorum interpretes  
ARTEMIDORVS lib. I. oneirocriticor. c. 80. Εἴη δὲ ἀν ἀγαθὸν τὸ  
εἰσιέναι εἰς τὰ πορνεία καὶ ἐξίέναι. Nam, ingredi lupanar, iuris**

(\*) Vnde uulgo sermo: non esse cuiusuis, adire CORINTHVM aut redire in-  
de non exhaustum a meretricibus aere ac ualetudine.

esse;

esse; egredi, fortunae, ob mille a prostibulis pericula metuenda. Ut adeo utrumque somnianti praefigiat bona & fausta quaeque. Obscoenitatis & spurcitiei insigniora specimina edidit LIBANIVS in *declamat. XXV. pro Laide*, nobili scortillo, in urbem reducenda, in libidinis indultae gratiam. Sed mallem sublata haec esse ex hominum memoria aeternum; quam legi in adolescentum perniciem in christianis scholis.

(2) Principio dicendum; unde *stupro nomen?* Post argutiolas VOSSII, crediderim; eius uerbi erymon requiring a Germanico: *stoebern, stiebern*, id est *stipare, pun- gere, turbare, uiolare* alterius torum. Qua causa *stupri* significatus quoque multiplex. Nam adhibetur principio uniuersim de *fornicatione*; deinde etiam de *adulterio*; porro de *uenere praepostera*; demum de *coitu cum muliere honesta* siue uidua siue uirgine; ultimo de *turbis*, in republica concitatis. Sed penultimus uerbi sensus est tantum huius loci. Licet enim iure Latiali uetitum non esset, quod statim *num. i.* uidimus: lupari cum meretrice; uili muliere; serua; liberta: erat tamen inter publica crimina hoc; rem habere cum muliere honesta atque eius, licet uolentis, pudorem uiolare. Poenam ipsam definit ex *L. Iulia de adulteriis coercendis* Iustinianus §. 4. *Infir. de publ. iudic.* uerbis, quae sequuntur: *sed, eadem lege Iulia, etiam stupri flagitium punitur. Cum quis, sine ui uel uirginem uel uiduam, honeste uiuentem, stuprauerit. Poenam autem eadem lex irrogat stupratoribus (non stupratis); si honesti sunt, publicationem partis dimidiae bonorum. Si humiles, corporis coercionem cum relegatione. Cuius nulla neque tum remissio facta; cum criminum esset indulgentia alias, tempore pascatos atque aliorum felicitum euentorum, uti uerbatim habetur in l. 7. religio C. Theod. de indulgentiis crim.* Contra potuerunt adesse cau-  
fae

STVPRI poena  
CONFISCATIO  
bonorum.

fae singulares; ob quas stuprator mulieris, pudice uiuentis alias, punitus est capite, aut crimine nondum perfecto, in insulam deportatus. Quod prodit definiturque *l. 1. D. de extraordin. criminib.* Exstantque exempla in *milite*, ob castrensem disciplinam, quæ notauit BRISSONIVS ad *L. lul. de adult. d. 2.* deinde in *tutore*, pupillatis pudicitiae custode, quod expedit Iacob GOTHOFREDVS ad *l. 1. C. Th. si quis eam, cuius tutor fuit, corruperit.* Verum sat hoc graue; aureorum myriade diuitem, hoc unico delicto orbum fieri altera parte.

Quid relegare  
& coercere?

(3) Nota sunt formularum discrimina. Nam *deportatio* facta inter compedes et uincula, cum amissione ciuitatis *l. 17. D. de poenis*: contra *relegatus* manserat cuius libereque secesserat, quo fuerat iussus, aliquo tempore, in damnatoria sententia, definito. Sed tamen uti saepius etiam commisceri solent *deportationis* & *relegationis* uerba: sic dubium, num ultimo expuncto, non restituendum hic sit primum. Quod *corporis coercitio* fieri soleat uel *flagellis* uel *fustibus* simul. Verum nihil censeo mutandum. Nam THEOPHILVS §. 4. *Instit. de publ. iud.* propterea Latina uerba: ΤΕ ΣΤΟΥΠΡΟΥ & ΠΑΛΑΤΟΝ retinet; μετὰ τὸ βασανίσαι αὐτὲ τὸ σῶμα ρελεγατον αὐτὸν ποιῆι: ne illa in laxiori significato adhibita esse uiderentur. Inde FABROTI paraphrasis concinna rei; quando, *post corporis coercionem*, addit, *fustibus caesus aut uerberibus, ut iudex aestimauerit, relegatur.* Nam his moribus utebatur Latium: ut *liberi* homines *fustibus*, id est, baculis caederentur; contra *serui* *flagellis*. Vti hodie *fustes* sentiunt milites &, in grauioribus delictis, *uirgas*: contra infames personæ *flagella*, quae uerbera etiam seruilia olim in ergastulis.

Decus uitiatarum mulierum.

(4) De poenis *stupratae uirginis* aut *uiduae* non adeo opus fuerat statuere multum. Nam satis graue hoc erat; *uirginitatem ereptam* & in *uidua amissum pudorem.* Interim non

non licuit porro de uirginatae mulieri uirginum gerere uestimenta; neque uiduae salutatae deinceps matronae; comes ubique stuprum passis contemptus & infamia. Taceo onera, alendi & educandi infantem. Quæ cura stupratorem non adfecerat, ab hoc onere immunem ideo; quod partus uentris fuerat solius. Igitur hoc tantum fuerat & matronis quandoque & filiabus Romanorum ciuium molestissimum: quod essent stupri poenae grauitate quasi circumseptæ ac conuallatæ, ut amatorem nullum, formidine poenæ, inuenirent. Quapropter ingenuæ plures simulauerant, se uel seruas uel libertas uel iam ab alio defloratas; ut allicerent uiros ad ueneris impunem usum. Exempla producit in hanc scenam AERODIVS in rer. iudicatar. lib. VIII. th. 5. Nam, in tergimino hoc casu, non stupra; sed scortationes, per iura Latii non prohibita, uti habet l. 3. D. de concub. Vnde lumen accipit l. 16. §. 1. quoniam D. de his, quæ ut indignis aufer. Nam uti concubinatus cum ingenua coli non potuit sine stupri nota & poena: sic non metuenda hæc in liberto aut in genua, uitiata olim iam. Quapropter uiro utraeque esse poterant heredes; non stupratori, cui nullo iure succedere poterat stuprata.

(5) Seculi uel populi nostri uitium est in Germania, imo Europa fere omni, licet mirum dictu, christiana; quod L. Iul. de stupr. prorsus ibi exulet, id est, paruum aut nullum fiat inter scortationes & supra discrimen: quod tamen, Latiali iure, fuerat maximum. Non nego, inter homines christianos esse debere uirtutum & honestatis idem studium tam ciuibus & proceribus; quam infimæ plebi. Quod omnibus eadem dederit præcepta Seruator; eademque omnium spes; coelum idem omnium. Neque enim nobilibus ulla præcipui iura inter coelites olim; quod suis persuaferunt Romani. Quasi dextera iouis dicata principibus & AVGVSTVS; quorum animæ ex

I. GERMAN.  
STVPRI poe-  
na exulat.

regumente,  
a) aequalitatis

alienæ a paga-  
nismo.

B

COR-

corpore eo, aquila auriga, deferrentur. Ex quo fonte promanuit etiam hoc: idem, in sacro codice, esse peccatum carnis & lasciuiae, quaecunque etiam personae illo se polluant. Eandem igitur etiam poenitentiam, in ecclesiis faciendam ideo, sine ulla *προσωποληψία*. Atque haec ecclesiae christianae dogmata etiam inuaserunt curias: ut & stupra & fornicationes uno eodemque censu aestimarentur. Et licet, post *legum Latii* receptum, sentendum fuisset ex aduerso etiam in patria nostra: non tamen curiae nostrae a pristino usu poterant desueseri. Praesertim cum etiam *Germanicae leges* uetustissimae in scortationibus puniendis illud magis curarent: num *stuprator* esset eiusdem cum *stuprata sortis*? Quod si enim uel *seruus* uel aliquis ex plebe compressisset *uirginem gentilitiae dignitatis*: tum demum adaucta poena ad *ultimum* usque *supplicium*. Contra ubi utriusque conditio par: ibi leui multa res expedita, definita in CODICE RERVM GERMANICARVM Lindenbrogiano. *Quod si seruus se miscuerit ingenuae, uolenti licet, stuprator seruus comburatur, libertus occidatur.* Ita LL. WGOThICAE; SALICAE; BVRGVNDICAE; BOICAE ac ceterae omnes, quotquot adhuc lucem uiderunt. Quod si igitur *ingenuus* stuprauerit *ingenuam*: multa aliquot *solidorum* soluenda iudici & stuprator subiectus fuit *potestati parentum stupratae*. Haud dubie ad stupratam connubio honorandam & restituendam famae. Sed quod de seruis est dictum: illud frustra urgetur seruitutibus sublatis. Nisi, quod principum curiae hac lege circumseptae sint etiam nunc: ut stuprum filiae principali illatum a ministeriali, uindicetur morte. Quam causam ita respondit ordo iuriconsultorum an. CIO ID CCXXVII.

b) *pristinaram legum*

e) *seruitute sublata.*

Nisi in stupro  
principi illato.

STVPERA impu-  
nia teste Me-  
lancthone  
1553.

(6) Testis, de suo tempore, interim sit *Philip. ME-  
LANCTHON in consilio ad Daniae regem, quod exhibetur  
in reliquiarum nostrarum tom. V. lib. 2. n. 14. p. 38.* Die po-  
testat strafft ehebruch und soll solche straff mit vielem ernst  
üben

*üben: wann aber ein lediger gefelle mit einer unehrlichen ledigen frauen unzucht treibt, so übet die weltliche potestat keine straffe. Certe in mores fuit etiamnunc cum in Saxonia: tum extra eandem; ut stupri poena & in mare & in foemella multa sit V. imperialium aut florenorum. Nisi quod acerbior poena fustigationis statuta in eum; qui domini sui uel filiam stuprauerit uel uiduam uel consanguineam, quod clare definit IVS MAGDEBURGICVM cap. 69. §. 2.*

(7) Spem matrimonii, stupratae factam, explendam esse, neglecto parentum consensu, & leges uolunt & rationes, magno theologorum & iureconsultorum consensu. Audiatur primum IMPERIALIS LEX, S. R. I. RECESS. MATRIMONIUM, sub tessera STVPRI, perficiendum. a) R. I. 1548.

*1548. artic. 21. §. 8. 9. Der Mensch solle seinen vater und mutter verlassen und sich zu seinem weibe halten. Darum dieweil die veterliche gewalt dieser vereinigung des ebestandes weichen muss: soll man nicht haren, die zu unsern zeiten sprechen; dass die ebe oder versprochene heurath (multo minus stupro illato sub hac spe) nicht gelten solle; wo der eltern bewilligung nicht bey gewesen. Weil wir aber der ehrbarkeit gemäfs achten; dass die kinder sich nicht verheurathen sollen, ohne rath und bewilligung der eltern; sollen sie disifalls treulich ermahnet werden. Ob aber disifalls die eltern macht haben sollen, die kinder mit vorbehalt der erbschafft zu straffen, mag die obrigkeit maafs geben. Non facio litem hanc magis meam; quam in hoc dogmate: quod, sub matrimonii spe, uiuata honesta muliere stuprator, in penam, debeat eandem explere. Parentum consensu non obstante.*

Sequitur hanc definitionem SAXONIA EVANGELICA, b) SAXONICA L. electorali. ne quis putet, CONSTITVTIONEM IMPERII, partium studio, infectam Romanorum sacrorum. Ita enim expedit litem ELECTORALE STATVTVM von ebegelehnissen CODICIS CONSISTORIANI p. 64. *Würden die personen (als kinder ohne der eltern willen) heimlich zusammen kriechen und fleischliche unzucht treiben; so mögen die eltern dieselbe gantzlich enterben, auch in unsern landen nicht geduldet werden. Et iterum*

in titulo eodem: si personae, promissione matrimonii clam facta, se commisceant carne: exulent in Saxonia; saluo uinculo matrimonii. Eodem modo conficit causam eandem CODEX

c) BRANDEBURGICA ELECTORALIS.

CONSISTORIANVS MARCHICVS art. LXII. Wann der beschlaffer die iungfrau oder wirtwe zu dem laster des beyschlaffes mit vertröstung der ebsberedt; soll der thäter die geschwächte zu nehmen schuldig seyn. Neque aliter accipi debent

d) MAGDEBURGICA.

ea, quae habentur in CONSTITVT. MAGDEBURGICA cap. 37. §. 26. Da auch eine ledige mannsperſon mit einem ledigen weibsbild in unehren zu thun haben, ihr aber dabey die ehe versprochen wurde, wenn sie schwanger worden, sie wiederum zu ehren zu bringen: so soll er, die geschwängerte weibsperson ohne ehelich trauen zu lassen schuldig seyn. Iedoch soll diese trauung, ohne sonst gebräuchliche kirchenceremonien, zu werck gerichtet und beyde personen, solcher unzucht halben, gestrafft werden. Licet igitur consensus parentum de matrimonii substantia sit: frustra tamen desideratur ille tunc: cum leges ei matrimonium imperent in poenam; idque in gratiam mulieris defloratae & legitimi uouendi

e) ALTENBURGENSIS.

partus. Conuenit his praeterea ALTENBURGENSIS CODEX IVRIS PROVINCIALIS part. I. c. 8. tit. 1. p. 100. explicatior & plenior hic aliis: Würden sich personen heirlich verloben und fleischlich vermischen; sollen sie mit gefängniß und emigration ex loco delicti auf ein iahr bestraffet; imgleichen keine öffentliche hochzeit verstatet werden; hierüber die eltern nicht schuldig seyn, solchen ungeborſamen kindern einig heurathgut zu geben; sondern sie gaentzlich zu enterben macht haben. Parentibus ergo fas est, exheredem scribere stupratorem sub matrimonii spe; nec quicquam uero matrimonium suo dissenſu impedire. Finit causam CODEX PORVSSICVS lib. II tit. 1. §. 2. Wo einer eine iungfrau, die ihm der geburt und standes gleich und unfruchtbar, zu seinem willen mit guten worten, auch durch zusage, sie zu ehelichen schwächet: soll er die geschwächte person zu ehelichen, schuldig seyn. Sed legum satis.

f) PORVSSICA.

(8) Cla-



(8) Clarus est diuinus interpres MOSES isque in locis duobus, notabilibus ualde. Primo quidem *Exod. c. XXII. u. 16.* ubi causa est haec: *Stuprator pellex uirginem non solum dotare debet; sed etiam ducere in uxorem. Nisi puer renuat uitiatae; non filii stupratoris, in quo parentum consensus attenditur nec quicquam.* Deinde *Deuternom. c. XXII. u. 29.* *Stuprator autem, agens insidiis aut ui, (spem faciendo matrimonii) ducere non solum debet mulierem de uirginatam; sed eam ne quidem dimittere unquam poteris ditortio. Imo iniuriam patri factam luere aere.* Quae interpretatio est PHILONIS de LL. Nihil de consensu paterno stupratoris, Patrem suo dare oportuerat infortunio; talem se genuisse. Atque his moribus uiuunt *indaei* etiam nunc in his etiam regionibus: ut stupratorem obstringant ad ducendam eam in uxorem. Licet etiam spes nulla matrimonii facta sit stupratae. Quæ est lege secuta, solius illati stupri ergo; ut nullo opus habeat pacto uel promisso. Parum uero religiosa est & ueritati inimica interpretatio; quae in arbitratu ponit stupratoris: num ducere malit; an dotare? Virumque certe particula & imponit sacra pagina stupratori: ut & ducat & dotet. Apage optionem, effectam a iurisperitis frustra petulanterque. Sed rectum est, etiam in contortula hac interpretatione, iudicium MEVII nostri ad *ius Lubec. part. IV. tit. s. artic. 1. num. 5.* Qui stuprator spem fecit matrimonii, eam explere debet neque uel optioni porro locus uel poenitentiae.

(9) Sunt theologorum nostrorum plurima cum pontificiis certamina: *utrum in connubio parentum consensus honestatis tantummodo sit & uirtutis; an uero necessitatis & legis?* Nam primum docent adfirmantque pontificii, in iisque praecipue BELLARMINVS in *controuerf. christ. fidei tom. II. Lib. 1. c. 19.* & nouissime *Nat. ALEXANDER in theologia dogmat. tom. II. lib. 2. c. 6.* alterum theologi nostrates in

LL. DIVINÆ  
obligant STU-  
PRATOREM ad  
matrimonii  
um.

Problema:  
num paren-  
sum consensus  
a) honestatis?

- b) necessitatis: iisque CHEMNITIVS *ad concil. Trid. part. II. sess. VIII. sub finem GERHARDVS; CALOVIVS; QVENSTEDIVS* in suis *systematibus* loco eo, qui agit de *mattimonio aut coniugio*. Verum enimvero haec lis nostram causam non tangit. Nam sit; requiri ad liberorum connubia parentum consensum eumque summo iure: euenient tamen casus, quos ferre debent parentes, etiam iniuri. Filius, uirginis raptor, uel stuprator uiolentus ultimum supplicium meretur; sed rapta uel passa uiolentiam uult ei nubere, ad redimendam eius uitam. Quis iudex adeo furibundus fuerit; qui tum patrem uel sollicitauerit de consensu uel, patre illum negante, ideo detruncauerit filio caput? Naeniae! eodem ergo iudicio, saluis ceteroquin dogmatibus suis de *parentum necessario consensu*, theologi nostrates adfirmant problema hoc: *quod filius stuprator, sub matrimonii spe, ducere teneatur mulierem uitiatam: parentum consensu tunc neglecto*. Erudiat nos principio LVTHERVS *an. 1530. von Ehesachen artic. 2.*
- a) LVTHERI. *Wann arme eltern vielleicht gerne sehen: dasz ihre dirne einem reichen heimlich vertrauet und darauf von ihme beschlaffen würde: wann solches ohne betrug geschicht, aus eigener lust und liebe der personen: acht ich man solls eine ehe lassen seyn. Et art. 3. idem ita philosophatur: Wer die braut hatt, der heist der bräutigam. Wer das glück hat, führet die braut heim. Beschlaffene, ob wohl heimliche verlobnis; ist der öffentlichen unbeschlaffenen vorzuziehen. Wir müssen die be- raubte ehre der dirnen, welche wir für den höchsten schatz halten, in fährlichkeit nicht stecken lassen. Mit der straff bringet man ihr die ehre nicht wieder. Und ist ein weib, so die ehre verlohren, sehr unwerth. Weil wir den leibesegen nicht so hoch halten, als die Iuden. Und ist heimlich beschlaffen aufs verlobnis, keine hurerey: dann es geschiehet im nahmen der Ehe. Illud uult Lutherus: clandestina sponsalia, id est, spem matrimonii factam, insciis parentibus, stupratorem explere debere*

bere. Vt consulatur uitiatae. Sequuntur hoc dogma etiam theologi alii MELANCHTHON; CHEMNITIVS; BROCHMANNVS; CALOVIVS imple alii que plures. Licet enim serio urgeant ac saepius: ad matrimonii substantiam consensum requiri parentum. Quod si tamen, ut uerbo eorundem utar, *copula accefferit carnalis*; ideo matrimonium non dissoluendum esse censent, hoc quidem tegumento, dissentire parentes. Sane eo casu audiendum Mosen; *Et ducat Et detet aeternumque non dimittat diuortio, ita deceptam mulierem.* Interim peccare grauiter liberos, qui causas habeant, rogandi a parentibus ideo ueniam. Quo etiam faciunt academica THEOLOGORVM consilia apud *Dedekennum & collectorem connubialium responforum* Francofurti.

(10) Firmat inprimis hoc idem dogma auctoritate forensium sentiarum CARPZOVIUS in *iurispr. Confess. lib. II. tit. 3. definit. 60.* formula, quae sequitur. Hat Nicolaus Catharinae heimlich die Ehe versprochen und selbige geschwängert und wollen nunmehr die Personen einander zur Ehe nehmen: so ist der Vater dieses zu hindern nicht befuget! sondern ihr müget, desselben dissensus ungeachtet, beyde Personen förderlichst, jedoch ohne sonderliches Gepränge, wohl copuliren und trauen. B. N. W. Et porro: der Benschläffer ist, seiner Eltern Widerstehens ungeachtet, die Geschwächte zu ehelichen schuldig. Zu dessen Verbindung, wird er von der weltlichen Obrigkeit, durch gebührlische Mittel, darzu compelliret und angehalten. B. N. W. Iterumque alibi, addita causa: Weil, nach dem Benschlaff, nicht mehr res integra und parentum dissensus, carnali copula interueniente, nicht zu attendiren, so bleibet es nochmahls bey Vollziehung der Trauung billig. Additis rationibus: ut euitentur scandala; ut consulatur defloratae; quod copula carnalis purget clandestinitatem; quod alias saepe, quae fieri non debent,

RESPONSA PRUDENTVM PRO  
IURE STUPRATAE.  
a) Carpzoii.

b) Brunne-  
manni.

e) Beustii.  
d) Strykii.

e) Schneide-  
vvini.

f) Kitzelii.

g) Brukneri.

h) Cypraci.

debent, si facta fuerint, haud rescindantur; quod multa impediunt matrimonium contrahendum, quae iam contractum non dissoluant, cetera. Largior in his est BRVNNEMANNVS lib. II. iur. eccles. cap. 18. §. 26. *Est iuris diuini; ut stuprator & dotet (quia pater dotare non tenetur) & ducat (si quidem deflorata uoluerit hoc). Quia puella, admittens iuuenem, uidetur hoc facere, intuitu speratarum nuptiarum. Et licet neget hoc iuuenis: protestatio tamen facta contraria & praetextu fornicationis solius allegat propriam turpitudinem. Idemque sentit BEVST de matrim. part. 1. §. 47. Addit STRYKIVS ad Brun. lib. II. c. 18. §. 26. Satis aequa est auctoris sententia & optandum; ut in praxi uia pronuntiaretur. Sed receptum hoc tum; si stuprata probet, matrimonium sibi a stupratore promissum. Concinit SCHNEIDVVIN ad lib. I. part. 2. §. 35. prouocatque ad consistorianam praxin: Idem ita seruatur in nostris consistoriis. Alias argutias sequitur KITZELIVS cap. IV. Synops. matrim. theor. 5. Matrimonio, sine uoluntate parentum contracto & copula carnali consummato, honor, parentibus iam est uolatus & factum infectum fieri nequit. Utilitas publica praeserenda commodo priuato. Et quid de misero infante? Qui, soluto matrimonio, esset illegitimus, noua ratione firmat idem BEVCKNERVS in decis. matrim. cap. 2. §. 82. 83. Oculatior est CYPRAEVS de iure connub. cap. 10. §. 11. Si parentum dissensus impetire possent matrimonium, a stupratore promissum; facere illi possent delinquentes filios impunes. In poenam statuitur, ut ducat uitiatam stuprator; non ut det pater aut sinat ducere. Casum lugubrem patiuntur parentes, si genuerint homicidam: eundemque si genuerint stupratorem. Sed parentibus eripitur ius, infanti & inuitis nilque merentibus tale? Idque merito; quia delicta tenere debent suos autores. Haec harmonia iuris autorum. Neque enim crediderim, fore iureconsultum ullum, qui senserit contra, nisi cuius oculi obducti fuerint*

rint glaucomate iuris Latialis, quod paternum amorem & reuerentiam uertit in tyrannidem & daminatum, improbum omni alias orbi ac aeuo.

(11) Aut potius in aeterna illa patris solius potestate, in liberos etiam maritos, patres, auos. Vt adeo filiusfamilias non duceret uxorem; sed ductam a patre eique imperatam acciperet. Quod docuimus olim luculento commentario de imperio conubiali differentia I. & II. ne opus sit, uerbulum addere.

<sup>I</sup>R. perpetua-  
ria potestas pa-  
tricia.

(12) Iuris problema proponit respondetque HERMOGENES in arte oratoria cap. I. de partit. sect. 4. p. 17. 43. 74. cum leges uelint; ut stuprator aut mortem luat aut uitiatam ducat: duarum mulierum, stupratarum ab uno, primam uelle matrimonium; alteram supplicium. In cuius ergo gratiam damnatoria demum sententia sit scribenda? Vitam meliorem morte. Sed ita fatisfiet nonnisi mulieri alterutri. Contra, supplicio sumto a stupratore; hoc & utrique fatis esse & praeterea poenam exemplo prodesse reipublicae. Verba oratoris aut rhetoris potius sunt haec: Ηβιασδέσσα ή γάμον ή θάνατον αἰρεῖσθω τῆ βιασαμένης. Δύν τις κατά ταυτὸν βιάσατο κόρος ηἴ μὲν θάνατον αὐτῆ ή δὲ γάμον αἰρεῖται & quae sequuntur deinceps in hac ἀμφιβολία. Neque est, quod eam accipias non tam de uoluntario stupro; quam uiolento aut raptu. Nam patitur etiam uim uirginitas in coitu uoluntario. Quapropter Samuel PETITVS in lib. VI. Attic. tit. 1. p. 446. eandem hanc legem: τὸν βιασάμενον κόρον, αὐτὴν γαμῆν, illustrat locis poetarum; qui agunt de stupro uoluntario utrinque. Inde PAREVS ad Terent. Adelphos act. IV. scen. 7. recte edicit: est lex Attica; ut si quis puellam (honestam & ciuem) deuirginasset aut duceret aut moreretur. Nam recte DEMEA ibi: flagitia capitalia; non cum psaltria rem habere; sed cum uirgine ciue. Quapropter & ducenda est, indotata licet.

Iure GRAECO  
STVPRATOREM  
oportuit STV-  
PRATAM ducere.

C

iuris

18 DIFFERENTIA II. DE CONIVGIBVS

iuris censu, ludit aestimatque PLATVS *act. IV. scen. 10. u. 63.* Sed nota, Graecorum hic mores & leges depingi; non Romanorum. Nisi forte scortatorem credideris sui iuris; qui tamen ideo uix effugerit fiscalia.

DIFFERENTIA II.

De coniugibus sub aliena potestate.

I. R. fides stupratoris nulla filii familias aeternam.

**I**ure Romano filius, *maritus* licet, perstitit in *domo* conuictuque patris: in cuius *nutricatum* etiam uenerant noua *uxor* & *liberi*. Ne itaque patrifamilias noui obtruderentur conuictores & hospites suae domus, non rogati: ipse acceperat imperaueratque filio suo *uxorculam*; quam hunc oportuerat ducere, licet ei gratam minus. Illam ad patris esse palatum; hoc satis erat, iure familiae summatus (13). Filio sola obsequii gloria relicta. Si quid amauerat hic dederatque dextram alii, patre inscio: illud fuerat, ipso iure, cassum & nullum. Non *uxor* tunc: sed nobile *scortillum*: non inde pronati liberi legitimi; sed  
*spu-*

*spurii & ἀπάρτες* (14). Hoc cum ita sit; a iuvene Romano frustra honestae mulieri stuprum illatum, submatrimonii spe. Quam stuprator nec vouere poterat nec explere unquam. In alia omnia hic eunt *iure Germanica*. Nam quo momento filius uxorem duxit; eodem etiam relinquere eum oportet domum patris nutritumque. Suae tunc fortunae faber. A patre uiuo nulla ei spes reliqua porro. Nutritus familiae nouae est noui mariti solius. Ob hanc causam filii dextra liberior; ad dandam formosae ac honestae amaryllidi connubialem fidem; si quidem deceperit hanc, illius spe (15.) Indulgentiorem esse oportet patrem tunc Germanum. Quod ipse de commodo laboret; satis non habere nurum optatam: contra haec, a filio uitiata, cum partu suo de auertendo damno

I. G. stuprator  
maritus eo i-  
pso sui etiam  
iuris.

infamiae & maculae indelebilis (16),  
Si causa dolendi patri Germanico su-  
perfit; filium stupratorem doleat;  
non uero amicam parum aut indi-  
gnam nurum.

De imperato  
connubio fi-  
liis I. R.

(13) Cum hanc scenam amplissimo commentario  
instruxerimus olim, in *opusculo inaugurali differentiarum  
iuris*, in arena eadem, nolumus crambem eandem reco-  
quere. Sed isthuc remittimus lectorem.

Stuprator non  
pater.

(14) Vti clare hoc definit imperator §. 12. *Inst. de  
nupt.* Nam *stuprator* liberos alere non tenebatur l. 5. §.  
*idem in liberis D. de lib. agnosc.* neque ille participes redditi  
nominis & consanguinitatis l. 4. *D. unde cognat.* Licet igitur  
certus pater fuerit nati; lege tamen habebatur pro  
incerto. Fictione iuris: *ex stupro genitos habendos esse, in-  
star spuriorum, conceptorum a meretrice, corpus uenale habente  
cuius. Vt nesciat patrem definire.* Licet enim hoc adfir-  
maverit scortillum, ex argutiis naturalibus; quod, in  
plurium concubitu, tamen cum Titio tantum, ob uno  
eodemque momento, emissum utrinque & commixtum  
femen, se senserit grauidam: tamen, quicquid de natu-  
rali etiam causa sentiendum, in ciuili iurisprudencia La-  
tiali non meretur illud attendi ullatenus.

I. G. omnis  
MARITVS SVI  
iuris.

(15) Etiam ea in re nihil est dubii. Cum in *opusculo  
academico de imperio connubiali differ. II. c. 6.* atque §. satis  
fit expeditum hoc: *quod liberi, contracto matrimonio, ipso  
iure emancipentur.* Haecenus pars domus; postea ciuita-  
tis & reipublicae, TACITI est edictum de *M. G. c. 13.* Nulla  
Germanico iure familia; cui subsint coniuges. Vulgari  
sermone dicimus: elocare filios & filias, id est, ut domo  
exeant,



exeat, instruere supellestili, quae conducat rei familiari, *er hat seine tochter und sohne ausgestattet und versorget.* Quod etiam notatum in academico opusculo *de aetate puerum & maiorum cap. 3.* Quid uero, si perstiterit filius maritus in domo & conuictu patris, cum sua uxore etiam postea? Pro patre familias ille habebitur nihilominus obstrictusque erit patri ad impensas soluendas uictus cultusque. Contra debetur cum ei, tum uxori merces, ob adhibitas operas. Nisi aliter conuentum inter illos patris; quae rei legem dant, sensu tamen constringendam, non trahendam ad similia. Quod illa moribus aduersa patrii; licet concinna olim Latialibus institutis.

(16) Utinam imis sensibus haec discrimina notarent cum parentes, tum iureconsulti aduocati, obfirmantes horum animos, in negando consensu urgendoque sponsalium aut matrimonii ipsius dissolutionem. Nam, si in hoc conflictu, legibus stabilito patrii, agendum ratione & praeceptis naturae: non uideo, quo iure pater obstrepet hic filii uoluntati. Cessat paternum imperium; ex quo filius factus est sui iuris. non ergo ille, in ducenda uxore, pendet aliunde; sed utitur ipse suo genio. Negotiatur filius, sine patris consensu, ob peculii rationem. Sed quod peculium illi magis est proprium, quam animi sui propensio, nescia imperii. Si uerum est, quod philosophi docent: similis simili gaudet. Ad amorem propria natura ducit; non aliena, patris aut matris. Est haec DEI conditoris prouidentia, amantium animos iungere, sanguine aequalium, ad foecundandum orbem. Sed naturae indoles aequales reddit; non reuerentia alieni imperii. Exempla docent, coacta connubia quam felicia fuerint parum. Clandestina rarius fallunt. Natura duce facta; non pretio aeris contorta aut ob inanes honoris umbellas. Quid doles, quid plangis pater? Incufas  
C 3
filium

*Qui interfit patris, supra-  
vorem habere;  
maritum?*

filium immorigerum? Sed naturam incusa, quae flecti nequit, in alterius gratiam. Mauis nurum optatam tibi; non filio adamatam: quod est insipidum. DEI iram metuis: ne filium quarti praecepti feriant dirae. Sed idem DEVS uoluit; ut nuntium mittat filius parentibus, in uxoris gratiam. Instas, adnascitur inuito heres. Sed hoc est falsum ideo; quod, si exueris naturam, filium uel abdicare poteris uel scribere exheredem. Vrges, nurus mihi ingrata: sed illa est gratissima suo marito, filio tuo, in cuius gratiam stomachus tuus concoquet frigidiuscula quaeuis. Interea in uotis habes iura Latii; ut matrimonii spes facta nulla sit. Verum hoc Latio proprium neque ulli praeterea genti? Et quid? tunc sequere exemplum Latini patris? Qui nurum alit & nutrit, puerperae sternit lectum, partum lactat; infantulos fouet & educit, genitore otioso prorsus. Non hi mores nostri sunt. Non aui hae curae aut impensae; sed patris, quem monstrant iustae nuptiae. Interim non haec causa hic agitur: sed requiritur illud, si filius fecerit nuptias sub matrimonii spe, iurata forte, te inscio & inuito? Quid tum? Rogabit filius a te ueniam. Negabis hanc? At quo iure? An mauis improbum stupratorem hominemque periurum; quam legitimum maritum? Et, si nurui, deceptae non misereare; partus expugnabit pectus tuum. Sanguinis tui portio, pampinata ex tuo sarmento. Recipe ergo, me consultore, meliorem mentem, Chremes. Quod uoueo.

## DIFFERENTIA III.

Num liberi NATVRALES sine patre?

I. R. *in dno*  
c. 11.

